

Novum man-
darum de uni-
formitate in-
ter prædictos
Canonicos.

Clauſula.

Prædeceſſoris literis derogatum extiſſet; ac proinde a dictis Canonicis Regularibus Congregationis Hiſpaniæ prædictam uniformitatem cum uniuerſo Ordine Præmonſtratenſi prædicto tam in habitu, quam in Breuiario, cæteriſque ſuſcipi, & ſeruari debere harum ferie ſtatuiſmus pariter, & ordinamus.

§.2. Decernentes ſimiliter eandem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod in præmiſſis, ſeu eorum aliquo intereſſe quouis modo habentes, ſeu habere præſtudentes cuiuſcumque ſtatus, gradus, Ordinis, præſeſſentia, & dignitatis exiſtant, illis non conſenſerint, nec ad ea citati, vocati, & auditi, nec cauſe propter quas eadem præſentes emanarint, adductæ, ſpecificatæ, & iuſtificatæ fuerint, aut ex alia qualibet quantumvis iuſta, legitima, & privilegiata cauſa, colore, præſextu, & capite etiam in corpore Juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis nullo unquam tempore de ſubreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet etiam formali, & ſubſtantiali, ac incogitato, & inexcogitabili, indiuiduamque mentionem requirente defectu, notari, invalidari, infringi, retractari, ſeu in controverſiam revocari, aut ad viam, ſeu ad terminos Juris reduci, ſive aduerſus illas apertitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque Juris facti, vel gratia remedium intentari, vel impetrari, ſeu impetrato, aut etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conſeſſo, vel emanato, quempiam in iudicio, vel extra illud uti, ſeu ſe iuvare poſſe, ſed eandem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaciſſe exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quodcumque ſpectabit inuolubiliter, & inconcuſſe obſervari; ſicque, & non aliter in præmiſſis per quocumque Iudices Ordinarios, & Delegates, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolicæ Auditors, ac S. R. E. prædictæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & Apoſtolicæ Sedis Nuncios, aliove quolibet quocumque præſeſſentia, & poteſtate fugientes, & ſuſcepturos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & deſiniri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obſtantibus Urbani Prædeceſſoris, & alius literis præſatis, cæteriſque præmiſſis, ac quatenus opus ſit noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de iure quaſito non tollendo, aliſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non Congregationis Hiſpaniæ, & Ordinis prædictorum aliſve quibuſvis, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & Conſuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis, ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliſque efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, & Decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ſeu alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſ-

ſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiam pro illorum ſufficienti derogatione de illis, illorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores huiſmodi præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inferſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.4. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicuius Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prout ſides ubique locorum tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcat. die VI. Novembris MDCCCL. Pontificatus noſtri Anno Secundo.

XL.

Declaratur, ſervandam eſſe Conſtitutionem Inn. X. de translatione Feſti S. Franciſci Xaverii Societ. Jeſu una cum Indulgentia.

Dat. 24. Nov. 1702. An. 3.

Alia Indulgentia extat Inn. XII. Conſl. ed. 1700, Mar. 6. P. 9. Et Bened. XIII. Conſl. ed. 1726, Sept. 23. P. 3.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Cum ſa. me. Gregorius XV. in literis in forma Brevis die 8. Junii 1622. omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifiſidelibus, vere poenitentibus, confeſſis, & Sacra Communione reſectis, qui Eccleſias Societatis Jeſu, vel earum aliquam in Feſto S. Franciſci Xaverii, tunc die ſecunda Decembris celebrari ſolito, a primis Veſperis uſque ad occaſum Solis ejuſdem diei, devote viſitaverint, ibique pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione piæ ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino, & in perpetuum conceſſerit; & ſa. me. Urbanus VIII. in ſuis pariter literis 22. Decembris 1638. præſatum Feſtum quodcumque in Dominicam primam Adventus incidit, in unum ex diebus infra octavam dicti Feſti cum eadem Indulgentia tranſtulit; Deinde ſa. me. Innocentius X. in ſuis item literis 27. Octobris 1651. in dicto caſu incidentiæ Feſti in Dominicam primam Adventus, celebrationem ejuſdem Feſti in feriam ſecundam immediate ſequentem, cum Indulgentia, futuris etiam perpetuis temporibus tranſferri mandaverit; Cumque demum ſa. me. Alexander VII. in ſuis pariter literis 18. Julii 1662. Feſtum prædictum S. Franciſci Xaverii die ſecunda Decembris tunc, ut ſupra, celebrari conſuetum, in diem tertiam ejuſdem menſis, etiam cum

Varie mutationes circa diem præd. Feſti, & Indulgentiæ.

Cauſa præſentis Declarationis.

Preces Procuratoris Generalis pro celebratione Feſti eâ Indulg. Feſti Dom. 1. Adventus.

Declaratio præd.

cum Indulgentia, perpetuo celebrandum tranſtulit, nulla mentione facta caſus incidentiæ ſuperius enunciata; excitatum fuit dubium, an adhuc vigeat pro dicta Indulgentia ſanctio Innocentii X., vel ſtandum ſit poſtremo Decreto Alexandri VII., ex quo dubio, cum aliqua ritus diſformitas oriri poſſit, Procurator Generalis ejuſdem Societatis, ad ritus uniformitatem in Societate uniuerſa ſervandam, ad pedes Sanctiſſimæ Veſtræ humiliter provolutus, ſupplex orat; ut tam anno currenti 1702., quam futuris quoque temporibus in perpetuum declarare, & decernere, dignetur, ſervandum eſſe ſa. me. Innocentii X., non obſtante Brevi ſa. me. Alexandri VII. ita ut quodcumque Feſtum S. Franciſci Xaverii, quod hodie die tertia Decembris celebratur, in Dominicam primam Adventus incidit, in feriam ſecundam immediate ſequentem, & ſic in diem quartam cum Indulgentia plenaria tranſferatur. Quam Deus &c. Sanctiſſimo D. N. D. Clementi Pape XI. Pro Procuratore Generali Societatis Jeſu. Die xxiv. Novembris 1702.

Sanctiſſimus declaravit ſervandum eſſe Breve ſa. me. Innocentii X., non obſtante Brevi ſa. me. Alexandri VII.

XLI.

Dat. 14. Nov. 1702. An. 3.

Confirmatur Decretum Card. Proteſtoris facultate erigendi Confraternitates S. M. de Carmelo, & diſtribuendi Scapularia pro ſolis Fratribus Ord. Carmelitarum.

De eadem facultate vide Clem. X. Conſl. ed. 1673., Maii 8. P. 3. Et huius Pontificis Conſl. ed. 1713., Apr. 10. P. 13. agitur de quadam indulgentia Confratibus conceſſa.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

In Peruvia diſtribuebantur Scapularia a non habentibus facultatem.

Alia pro parte Dilecti Filii moderni Procuratoris Generalis Congregationis Hiſpaniæ Fratrum Excalceatorum nuncupatorum Ordinis Beate Mariæ Virginis de Monte Carmelo, Congregationi Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negociis, & conſultationibus Episcoporum, & Regularium propoſite expoſito: Quod non ita pridem nonnulli dictæ Congregationis Hiſpaniæ Fratres in Peruviam Conventum Congregationis huiſmodi ibi fundaturi proſecti eſſent; Scapularia ejuſdem Beate Mariæ Virginis de Monte Carmelo Chriſtifiſidelibus illarum partium, abſque legitima ad id facultate, ſeu auctoritate diſtributa fuiſſe, & adhuc diſtribui compereant: Et cum neceſſarium eſſet, ut illa recipientes ad conſequendas Indulgentias, & gratias ſpirituales ea geſtantibus, & quædam præſcripta opera pia peragentibus a Sede Apoſtolica conceſſas alicui ex Confraternitatibus Scapularis huiſmodi adſcriberentur; hæcque adſcriptio nonniſi a Prioribus Conventuum Fratrum Carmelitarum, ſive Calceatorum, ſive Excalceatorum, aut ab eis, qui facultatem a Superioribus Generalibus, vel Provincialibus, ſi ad id delegatum haberent, fieri valeret; in dictis vero partibus nullus reperiretur, nec unquam

fuiſſet fundatus Conventus prædictorum Fratrum Calceatorum, neque dicti Fratres Excalceati ullam facultatem huiſmodi cuiquam delegaſſent; præſumendum erat dicta Scapularia forſan ab aliquo ſub ſigmento attributa ſibi facultatis turpis lucri gratia diſtributa, & minime benedicta fuiſſe; & in eadem expoſitione ſubjuncto, quod per huiſmodi diſtributionis abuſum, pietas dictorum Chriſtifiſidelium eludebatur, ac facultati dictis Fratribus Carmelitis ſpecialiter competenti adſcribendi ipſos Chriſtifiſideles Confraternitatibus præſatis, eiſque dicta Scapularia diſtribuendi præjudicabatur. Ideoque pro parte dicti Procuratoris Generalis etiam ſupradictæ Congregationis Hiſpaniæ nomine, præſate Congregationi Cardinalium ſupplicato, ut quo abuſu, & ex eo emergentibus inconvenientibus huiſmodi occurreretur, declarare dignaretur Indulgentias, & gratias ſpirituales præſatas illis tantum ſuffragari, qui a dictis Prioribus, aut ab aliis, quibus neceſſaria, & opportuna ad id facultas a memoratis Superioribus Generalibus, & Provincialibus attributa eſſet, prædicta Scapularia ab illis benedicta recepſiſſent, & in poſterum recepturi eſſent; eadem Congregatio Cardinalium per ſuum Decretum die XII. Auguſti anni proxime præteriti emanatum, attentata relatione Dilecti Filii noſtri Joſephi dictæ S. R. E. Cardinalis Sacripantis nuncupati Ordinis præſati apud Nos, & dictam Sedem Proteſtoris ſibi ſuper præmiſſis facta, eidem Joſepho Cardinali, & Proteſtori benigne commiſſit, ut veris exiſtentibus narratis circa dicti Procuratoris Generalis preces id ſtatuere, quod pro ſuo arbitrio, & prudentia expedire cenſuiſſet; Unde ipſe Joſephus Cardinalis, & Proteſtor Decretum edidit, tenoris qui ſequitur, videlicet: Joſephus Tit. S. Mariæ Tranſpontinæ Presbyter Cardinalis Sacripantes totius Ordinis Carmelitarum apud Sanctam Sedem Proteſtor. Inherentes arbitrio per Sacram Congregationem S. R. E. Cardinalium negociis, & conſultationibus Episcoporum, & Regularium præpoſitam, Nobis, ut præfertur, benigne impertito, cenſemus eſſe indulgendum, ſeu declarandum, prout tenore præſentis auctoritate Nobis, ut ſupra, delegata injungimus, & declaramus Confraternitates nuncupatas Sanctæ Mariæ Montis Carmeli inſtituendas, ſeu erigendas eſſe a Superioribus Generalibus Ordinis Carmelitarum tam Calceatorum, quam Excalceatorum: ab aliis autem, quam a prædictis inſtitutas, ſeu erectas, non fuiſſe, nec eſſe, ſeu fore legitimas, neque in illis acquiri Indulgentias, ſeu gratias ſpirituales huiſmodi Confraternitatibus conceſſas; Admiſſos inſuper ad aliquam canonice erectam Confraternitatem huiſmodi, teneri prima vice recipere habitum, ſeu Scapulare benedictum a Superioribus Religionis, vel ab alio Sacerdote, cui dicta benedicendi facultas fuerit attributa, ac per huiſmodi admillionem cum aliquibus piis operibus Indulgentias a Summis Pontificibus conceſſas acquiri; aliter autem admiſſos, ſeu admittendos, ſeu Scapularia alias, quam, ut ſupra dicitur pro prima vice benedicta, ſeu diſtributa, ac benedicenda, ſeu diſtribueda recipientes, ſeu recepturos, Indulgentiarum, & gratiarum ſpiritualem non fuiſſe, nec eſſe, ſeu fore participes; ſalva tamen ſemper auctoritate Apoſtolica circa electiones, &

Mala que in-
de oriebantur

Preces Procura-
toris Gen.
pro tollendo
præd. abuſu

Decretum
Card. Prote-
ſtoris

Indulta Indulgentiarum, & gratiarum spiritua-
lium, si qua fuerint a Sancta Sede facta, & con-
cessa, seu in posterum fient, & respectu con-
cedentur. Datum in Dataria Apostolica ex
Aedibus nostrae habitationis hac die VIII. Sep-
tembris 1701. Joseph Cardinalis Sacripantes Pro-
tector. Loco & Sigilli.

Preces Proc-
uratori Gen-
neris

§.1. Cum autem, sicut dictus Procurator
Generalis Nobis nuper exponi fecit, ipse Decre-
tum huiusmodi, quo firmius subsistat, & seruetur
exactius, Apostolica confirmationis Nostrae
patrocinio communiri summopere desideret:
Nos ipsius Procuratoris Generalis votis hac in
re quantum cum Domino possumus, favorabi-
liter annuere volentes, eumque a quibusvis
excommunicationis, suspensionis, & interdicti,
aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, &
poenis a iure, vel ab homine quavis occasione,
vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus
existit, ad effectum praesentium dumtaxat con-
sequendum, harum serie absolventes, & abso-
lutum fore censentes, supplicationibus eius no-
mine Nobis super hoc humiliter porrectis incli-
natis, Decretum praesentium a memorato Josepho
Cardinale, & Protectore editum, ut praesertim,
auctoritate Apostolica, tenore praesentium con-
firmamus, & approbamus, illique inviolabilis
Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac om-
nes, & singulos juris, & facti defectus, si qui
desuper quomodolibet intervenerint, supple-
mus.

Confirmatio
relati Decreti.

Clausula.

§.2. Decernentes easdem praesentes literas
semper, & perpetuo firmas, validas, & effica-
ces existere, & fore, suosque plenarios, & inte-
gros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos
spectat, & pro tempore quodcumque specta-
bit in omnibus, & per omnia plenissime suffra-
gari, & ab eis respectu inviolabiliter obser-
vari: sicut in praemis per quoscumque Ju-
dices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cau-
sarium Palatii Apostolici Auditores judicari, &
definiri debere; ac irritum, & inane, si secus
super his a quoquam quavis auctoritate scienter,
vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus praemis, ac Consti-
tutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec-
non quatenus opus sit, quibusvis, etiam jura-
mento, confirmatione Apostolica, vel quavis
firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudi-
nibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis
Apostolicis in contrarium praemissorum quomo-
dolibet concessis, confirmatis, & innovatis.
Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores
praesentibus pro plene, & sufficienter expressis,
& de verbo ad verbum insertis habentes, illis
alias in suo robore permanentibus ad praemissorum
effectum hac vice dumtaxat specialiter, & ex-
presse derogamus, ceterisque contrariis quibus-
cumque.

§.4. Volumus autem, ut earundem praesentium
literarum transumptis, seu exemplis,
etiam impressis manu alicujus Notarii publici
subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica
dignitate constitutae munitis, eadem prorsus
fides, in iudicio, & extra ubique adhibeatur,
quae ipsi praesentibus adhiberetur, si forent exhibita,
vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem
sub Annulo Piscatoris die XXIV. Nov. MDCCII.
Pontificatus Nostri anno Tertio.

XLII.
Declaratur, Congregationem Eremitarum Dis-
calceat: Ord. S. Augustini comprehendi sub
prohibitione, ne duo consanguinei, vel affi-
nes in 1., vel 2. gradu in Capitulis suffragen-
tur.

Dat. 24. Nov.
1702. An. 3.

Hac prohibitio confirmata fuit a Clem. VIII Const.
ed. 1596, Febr. 28, P. 4. Et deinde extensa ad
Discalceatos Congr. Hispaniae, & Indiarum ab
Innoc. XI Const. ed. 1680, Sep. 14, A: Inn. XIII
Const. ed. 1723, Sep. 20, P. 3. moderatur presen-
tem Constitutionem.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Cle-
mens a Sancto Bernardino Prior Conventus
Jesu, & Mariae de Urbe Congregationis Fratrum
Ordinis Eremitarum S. Augustini Discalceato-
rum nuncupatorum quod dudum nempe die
16. Februarii 1596. quoddam Decretum a
quon. Andrea Fivizano, dum vixit Priore Ge-
nerali dicti Ordinis inter alia emanavit, & sub-
inde die 28. ejusdem Mensis a fel. record. Cle-
mente PP. VIII. Praedecessore nostro per quas-
dam ejus in simili forma Brevis literas quarum
initium, *Universalis Ecclesia &c.* confirmatum
fuit, quo prohibetur expresse, ne duo Fratres
Ordinis praedicti in primo, vel secundo gradu
Consanguinei, vel affines in ejusdem Capitulis,
aut Congregationibus Capitularibus ullatenus
simul conveniant, & votare possint, & alias
prout in Decreto, & Clementis Praedecessoris
literis praedictis uberius dicitur contineri. Cum
autem, sicut eadem expositio subjungebat, sap-
ius dubitatum fuerit, an dictum Decretum,
Congregationem praedictam, quae tunc temporis
initium habebat, & postmodum a rec. memor.
Urbano VIII., & Clemente X. Romanis Pon-
tificibus Praedecessoribus pariter nostris mem-
bris dicti Ordinis declarata fuit, & nunc in
Italia, & Germania propagata reperitur, sub
prohibitionis huiusmodi generalitate comple-
teretur, nec istius dubii resolutio ab hac Sancta
Sede haecenus petita fuerit, licet illa, si pro
liberandis ab anxietate Religiosorum consci-
entiarum, si pro tollendis abusibus facile irrepen-
tibus necessaria sit; Eadem vero causa, propter
quas prohibitio praedicta in dicto Ordine edita
fuit, concurrere videantur, ut illa ad dictam
Congregationem extendantur, ac proinde idem
Clemens exponens pro suo, quo, ut Apostolica,
& praedicti Ordinis Constitutiones, sublatis du-
biis accurate observentur, zelo ducitur, ad
conscientiarum quietem, dictaeque Congrega-
tionis bonum de opportuna in praemis decla-
ratione a Nobis provideri summopere deside-
ret.

Dati prohibi-
tio statuta
fuit a Priore
Gen. Ord. an.
1596. Feb. 16,
& confirmata
a Clem. VIII
die 28.

Causa praesentis
Declara-
tionis.

§. 1. Nos piis ipsius Clementis Exponentis
votis hac in re quantum cum Domino possumus
benigne annuere volentes, eumque a quibusvis
excommunicationis, suspensionis, & Interdicti,
aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, &
poenis a iure, vel ab homine quavis occasione,
vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus
existit, ad effectum praesentium dumtaxat con-
sequendum harum serie absolventes, & abso-
lutum

Preces Prioris
Cenobii Je-
su, & Mariae
de Urbe.

lutum fore censentes, supplicationibus eius no-
mine Nobis super hoc humiliter porrectis in-
clinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum
S.R.E. Cardinalium negotiis, & consultationi-
bus Episcoporum, & Regularium praeposito-
rum, qui dilectum etiam filium modernum,
Procuratorem Generalem dicti Ordinis super
praemis audiverunt consilio, supradictam Con-
gregationem sub prohibitione praedicta in futu-
rum comprehendi debere, auctoritate Aposto-
lica tenore praesentium decernimus, & declaramus;
Salva tamen semper in praemis auctori-
tate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Declaratio
praedicta.

Clausula.

§.2. Decernentes pariter easdem praesentes
literas semper firmas, validas, & efficaces exi-
stere, & fore, suosque plenarios, & integros
effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos
spectat, & pro tempore quodcumque specta-
bit, in omnibus, & per omnia inviolabiliter
observari: Sicut in praemis per quoscumque
Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cau-
sarium Palatii Apostolici Auditores, judicari,
& definiri debere; ac irritum, & inane si secus
super his a quoquam quavis auctoritate scienter,
vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, &
Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus
opus sit, Congregationis Fratrum Discalceato-
rum huiusmodi, etiam juramento, confir-
matione Apostolica, vel quavis firmitate alia
roboratis Statutis, & Consuetudinibus; privile-
giis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in
contrarium praemissorum quomodolibet concessis,
confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus,
& singulis, illorum tenores praesentibus pro
plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum
insertis habentes, illis alias in suo robore per-
manens, ad praemissorum effectum hac vice
dumtaxat specialiter, & expresse derogamus,
ceterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, ut earundem praesentium
literarum transumptis, seu exemplis,
etiam impressis manu alicujus Notarii publici
subscriptis, & sigillo Personae in Ecclesiastica
dignitate constitutae munitis, eadem prorsus
fides ubique locorum habeatur, quae ipsi
praesentibus haberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem
sub Annulo Piscatoris die XXIV. Nov. MDCCII.
Pontificatus nostri anno Tertio.

XLIII.

Dat. 24. Nov.
1702. An. 3.

Confirmatur Constitutio Innoc. XII de Primatu
pro Provincia S. Didaci Novae Hispaniae Min.
de Observ. Discale. contra Eremitas S. Aug.
Provinciae Nominis Jesu.

Landata Constitutio ed. fuit an. 1700, Apr. 3, P. 9.
Et hujus Pontificis Const. ed. 1705, Dec. 12, P. 6
agitur de facultate renunciandi huic primatu.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Litterae Innoc.
PP. XII. con-
firmantes De-
cretum editum

Alia a fe. rec. Innocentio PP. XII. Praedecessore
nostro emanarunt ad favorem dilectorum
filiorum Fratrum Provinciae S. Didaci

novae Hispaniae in Indiis Ordinis Minorum San-
cti Francisci de Observantia Discalceatorum,
nuncupatorum literae in simili forma Brevis ten-
oris, qui sequitur, videlicet =

§.1. Innocentius Papa XII. Ad futuram rei me-
moriarum. Emanavit nuper (Reliqua vide praede-
denti Tomo).

Datum Romae apud S. Mariam Majorem
sub Annulo Piscatoris die 3. Aprilis 1700. Pontifi-
catus nostri anno Nono.

§.2. Cum autem, sicut dilectus filius Paulus
Lopez, Frater expresse professus, ac Diffinitor,
& Procurator Generalis Provinciae, & Ordinis
praedictorum Nobis nuper exponi fecit, praedicti
Archiepiscopus Mexican., & antiquior Canonici
Metropolitane Ecclesiae Mexican., quibus
d. Innocentius Praedecessor executionem praesentium
suarum literarum demandaverat, easdem
literas executioni demandare neglexerint,
seu renuerint, ac interea Fratres secundo dicti
Ordinis apud Nos recursum habuerint, ut causam
huiusmodi cum dubiorum distinctione ite-
rum ad eandem Congregationem Cardinalium
examinandam remitteremus. Nos vero recursum
huiusmodi per quoddam Rescriptum die
15. Octobris proxime praeteriti iussu nostro emanatum
rejecerimus, ac Religiosos praedictos eisdem
praesentibus literis omnino parere manda-
verimus, ac proinde idem Paulus Diffinitor,
& Procurator Generalis illas Apostolicae confir-
mationis nostrae patrocinio communiri, necnon
debitae executioni demandari plurimum deside-
ret. Nos ipsum Paulum Diffinitorem, & Pro-
curatorem Generalem specialibus favoribus,
& gratiis prosequi volentes, & a quibusvis
excommunicationis, suspensionis, & interdicti,
aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris,
& poenis a iure, vel ab homine, quavis occa-
sione, vel causa latis, si quibus quomodolibet
innodatus existit ad effectum praesentium
dumtaxat consequendum harum serie absolven-
tes, & absolutum fore censentes, supplica-
tionibus eius nomine nobis super hoc humiliter
porrectis inclinatis, praesentibus Innocentii Prae-
decessoris literas auctoritate Apostolica tenore
praesentium confirmamus, & approbamus, il-
lisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur
adjicimus. Ac earundem praesentiarum literarum
executionem dilectis etiam filiis Inquisito-
ribus contra haereticam pravitatem in Civitate
Mexican. auctoritate praefata deputatis cum
facultatibus, & auctoritatibus, ac alias modo,
& forma in praesentibus literis huiusmodi con-
tentiis, & expressis, dicta auctoritate harum
serie committimus, & demandamus.

§. Sacrorum Ri-
tum Congre-
gationis
Min. Observ.
Discalceatorum
Provinciae S.
Didaci Novae
Hispaniae praede-
dere debere
FF. Ord. Ere-
mitarum S. Au-
gustini Pro-
vinciae SS. No-
minis Jesu.

Preces Proc-
uratori Gen-
& causae praesentis
Constituti-
onibus.

Confirmatio
praed. Consti-
tutionis In-
noc. XII cum de-
putatione Execu-
torum.

Clausula.

§.3. Decernentes easdem praesentes, & praesentibus
literas semper firmas validas, & effica-
ces existere, & fore, suosque plenarios, &
integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos
spectat, & pro tempore quodcumque specta-
bit, in omnibus, & per omnia plenissime
suffragari, & ab eis respectu inviolabiliter obser-
vari: Sicut in praemis per quoscumque
Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cau-
sarium Palatii Apostolici Auditores judicari, &
definiri debere; ac irritum, & inane si secus
super his a quoquam quavis auctoritate scienter,
vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, &
Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus,
& sin-

& singulis illis, quae in praefertis Innocentii Praedecessoris literis concessa sunt non obtinere, caeterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXIV. Nov. MDCCL. Pontificatus nostri anno Tertio.

XLIV.

Confirmatur Decretum Congreg. Episc., Reg. de Lecturis, & Lectoribus Fratr. Praedicatorum Congregationis Observ. Sancti Marci de Cavotis.

Dat. 22 Dec. 1703. An. 3.

Innoc. XII Const. ed. 1696, §. 23, P. 6 est de examine pro Lecturis, & Bened. XIII. Const. ed. 1726, Feb. 8, P. 2 agit de receptione Religiosorum ad Congregationem S. Marci.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Causa in-
quensis. Decr.
21.

Alias pro parte dilectorum filiorum Procuratoris, & Fratrum Conventus S. Mariae Gratiarum nuncupat. Terrae, seu loci S. Marci de Cavotis etiam nuncupat. Congregationis Observantiae ejusdem S. Marci de Cavotis in Regno Neapolitano Ordinis Praedicatorum Congregationi Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita, exposito, quod cum dicta Congregatio S. Marci in simplicitate cordis, & humilitate spiritus instituta fuisset, Fratres ejusdem Congregationis, ab ipso illius primordio, omnibus gradibus Baccalaureatus, praedicturae generalis, & Magisterii renunciaverant, & in suscepto proposito hujusmodi, Praedicatorum, & Lectorum titulis dumtaxat contenti, a centum circiter annis perseveraverant, adeoque ipsi Congregationi denominatio Strictioris Observantiae a Magistris Generalibus d. Ordinis pro tempore existentibus attributa, & attento quod Praedictores, & Lectores actuales nullo privilegio, nullaque specifica exemptione potiebantur, & caeteris tam in victu, quam in vestitu conformabantur, specialia privilegia a Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris concessa fuerant; Et in eadem expositione subjuncto, quod plures patres Provinciae dicti Regni Neapolitan. Ordinis praedicti ad Conventus Studiorum ejusdem Congregationis, ut in illis lecturas exercerent, cursumque suum absolvent, & sic gradus Scholasticos ab eis ad solitas eorum exemptiones obtinendas magnopere desideratos consequerentur, venire multis modis instantes procuraverant, & adhuc procurabant; illorum vero in dictis Conventibus commoratio, cum obsequium sibi exhiberi vellent, victu, & vestitu communi contenti essent, magnum observantiae Regulari detrimentum allatura erat. Ac proinde praedictae Cardinalium Congregationi

supplicato, ut dictae Observantiae Regularis conservationi in hac parte consulere dignaretur. Emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur videlicet = Sac. Congregatio Eminentiorum, & Reverendis. S. R. Eccl. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita, audito Patre Procuratore Generali Ordinis, & attentis narratis, censuit, ac declaravit, Lecturas de quibus agitur, non susfragari pro gradibus, & Lectores uti debere vestitu, & victu sicuti caeteri Religiosi. Romae 16. Decembris 1701. = G. Card. Carpineus. Loco * Sigilli. I. D. = Grimaldus.

§.1. Cum autem, sicut dicti Prior, & Fratres nobis nuper exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi quo firmissime subsistat, & servetur exactius Apostolica confirmationis nostrae patrocinio communiti summopere desiderant; Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares Personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter portis inclinatis, Decretum praesentium auctoritate Apostolica tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robor adijcimus; salva tamen semper in praemissis auctoritate praedictae Congregationis Cardinalium.

§.2. Decernentes easdem praesentes literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime susfragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Ordinis, & Congregationis S. Marci hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes; illis alias in suo robore permanentibus ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscator. die II. Decembris MDCCL. Pontificatus nostri anno Tertio.

XLV.

Statuitur, ut Canonici Regulares Congreg. Hispaniae Ord. Praemonstraten. reassumant Habitum,

Preces Fratrum
Canonici S. M.
Gratiarum.

Clausula.

Dat. 3. Febr.
1703. An. 3.

bitum, Breviarium, & Missale dicti Ordinis.

Idem praecceptum fuit Const. ed. 1702, Nov. 6. sed postea Const. ed. 1705, Maji 30, 5. P. aliter disponitur.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Commisita Nobis divinitus dispensationis ratio exigit, ut sanctarum Religionum statum in sua integritate, & puritate conservare, & primava illarum Instituta sicuti exiderint, ad pristinam observantiam, adjuvante Domino reducere satagemus.

Diu erat, quod
d. Canonici
assumerant ha-
bitum Monas-
ticum, & Rom.
Breviarium.

§.1. Cum itaque, sicut accepimus, dudum, nempe tempore Pontificatus felic. rec. Gregorii Papae XIII. praedecessoris nostri in occasione reformationis in Congregatione Hispaniae Canonico-regularium Ordinis Praemonstraten. tunc introductae, Canonici Regulares dictae Congregationis tunc existentes habitum monasticum, ac usum Breviarii Romani assumpserint, dilectique filii moderni Canonici Regulares ejusdem Congregationis dispositioni trecentissimi, trigesimali, aliorumque Capitulum Constitutionum dictae Congregationis, & quarundam rec. mem. Urbani Papae VIII. praedecessoris pariter nostri die 19. Augusti 1651, ac tam dicti Gregorii praedecessoris, quam pia mem. Pii Papae V., etiam praedecessoris nostri literarum in simili forma Brevis emanatarum inherentes habitum, & Breviarium hujusmodi adhuc retineant: Quo vero intentioni Sancti Norberti dicti Ordinis Canonico-regularium Institutoris conformentur, & congruum sit, ut relicto dicto habitu Monastico primavum habitum regularem, qui ab aliis Canonici Regularibus ejusdem Ordinis communiter gestatur, resumant, ac relicto pariter dicto Breviario Romano, divina Officia juxta Breviarium, & Missale ejusdem Ordinis recitent: Hinc est, quod Nos dictam Congregationem, ad primava sua Instituta in hac parte reduci cupientes, ac Constitutionum, necnon Pii, Gregorii, & Urbani praedecessorum literarum praedictarum tenores, & datas etiam veriores, aliave qualibet etiam specificam, & individuum mentionem, & expressionem requirentia praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, insertis, & specificatis habentes, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum consilio, ac Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestate plenitudine, ut de cetero dicti Canonici regulares, relicto habitu Monastico, & Breviario Romano habitum Regularem, qui ab aliis Canonici Regularibus dicti Ordinis communiter gestatur reassumere, & divina Officia juxta Breviarium, & Missale ejusdem Ordinis recitare omnino debeant, & teneantur, tenore praesentium statuimus, & ordinamus.

Causa praed.
Statuti.

Statuti praed.
motu proprio
statuti.

Clausula.

§.2. Decernentes easdem praesentes literas, & in eis contenta quaecumque etiam ex eo, quod in praemissis, seu eorum aliquo interesse quovis modo habentes, seu habere pretendentes cujuscumque status, gradus, Ordinis, praeminentiae, & dignitatis existant, illis non consenserint, nec ad ea citati, vocati, & auditi, nec cause propter

quas eadem praesentes emanarint, adductae specificatae, & justificatae fuerint, aut ex alia qualibet quantumvis justa legitima, & privilegiata causa, colore, praetextu, & capite etiam in corpore juris clauso etiam enormis, enormissima, & totalis laesionis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, aut interesse habentium consensus, aliave quolibet etiam formali, & substantiali, ac incogitato, & incogitabili, individuumque mentionem requirente defectu, notari, invalidari, infringi, retractari, seu in controversiam revocari, aut ad viam, seu ad terminos Juris reduci, si ve adversus illas aperiens oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque Juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, aut etiam Motu, scientia, & potestate plenitudine paribus concessio, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, sed easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter, & inconcusse observari; Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. praedictae Cardinales etiam de Latere Legatos, & Apostolicae Sedis Nuncios, aliisque quolibet quacumque praeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Quocirca Venerabili Fratri Francisco Archiepiscopo Larissen. nostro, & Apostolicae Sedis in Regno Hispaniarum Nuncio per praesentes Motu pari committimus, & mandamus, quatenus ipse per se, vel alium, seu alios eandem praesentes literas, & in eis contenta quaecumque solemniter publicans faciat auctoritate nostrae, praemissa omnia, & singula debita, & omnimoda executioni quam primum commode fieri poterit, demandari, & ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & spectabit in futurum inviolabiliter observari, inobedientes quoslibet, & praemissis non parentes per censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliave opportuna juris, & facti remedia omni, & quacumque appellatione, reclamatione, & recursum postpositis, invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis.

§.4. Non obstantibus memoratis Pii, Gregorii, & Urbani Praedecessorum literis, caeterisque praemissis, ac quatenus opus sit Nostra, & Cancellariae Apostolicae Regula de jure quaesito non tollendo, necnon similis memoriae Bonifacii Papae VIII. etiam praedecessoris nostri de una, & Concilii Generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis vigore praesentium in judicium non trahatur, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Congregationis Hispaniae, & Ordinis praedictorum, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis, sub quibuscumque verborum tenoribus

ribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, & Decretis in genere, vel in specie, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, seu alias quomodolibet in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressa habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & infererentur, iisdem præsentibus pro plene, & sufficienter exprellis, & insertis, habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum harum serie hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus cæterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsi præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die VIII. Februarii MDCCIII., Pontificatus nostri Anno Tertio.

XLVI

Dat. 12. Febr. 1703. An. 3.

Damnatur, & prohibentur folia impressa sub titulo. Lettre de Monsieur XXX. Chanoine de B. a Monsieur T.D. A. Cas de conscience &c.

Ab Inn. XII. Const. ed. 1699, Mar. 12, P. 3. damnatus fuit liber = maximis des Saints. Et huius Pontificis Const. ed. 1704, Jan. 28, P. 4. damnatur libellus = Tradition sur la Predestination &c.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpet. rei memoriam.

CUM nuper in lucem prodierint quædam folia gallico idiomate edita, sub Titulo = Lettre de M. *** Chanoine de B. A. Monsieur T. D. A. &c. Cas de conscience proposé par un Confesseur de Province touchant un Ecclesiastique qui est sous sa conduite, & résolu par plusieurs de la faculté de Théologie de Paris = Quamplures autem ex Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, quos ad examen dictorum foliorum specialiter delegimus, audita, ac diligenter perpensa foliorum huiusmodi censura, quæ coram Nobis relata fuit, folia ipsa damnanda, & prohibenda esse censuerint. Hinc est quod Nos pro commissa Nobis ab æterno Patre gregis sui cura, dominicas oves quantum Nobis ex alto conceditur, a noxiis præservare cupientes, de memoratorum Cardinalium consilio, folia prædicta auctoritate Apostolica tenore præsentium damnamus, & reprobamus, ac legi, & retineri prohibemus, illorumque impressionem, descriptionem, lectionem, retentionem, & usum omnibus, & singulis Christianis fidelibus, etiam specificis, & individua

Damnatio, & prohibitio.

mentionem, & expressionem dignis, sub poena excommunicationis per contraiacentes ipso facto absque alia declaratione incurrenda omnino interdiciamus. Volentes, & auctoritate prædicta mandantes, ut quicumque eadem folia penes se habuerint, illa statim atque præsentibus literæ eis innotuerint, locorum Ordinariis, vel hæreticæ pravitatis Inquisitoribus tradere, atque consignare teneantur. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

§.1. Ut autem eadem præsentibus literæ ad omnium notitiam facilius perveniant, nec quicquam illarum ignorantiam allegare possit, volumus, & eadem auctoritate decernimus, ut illæ ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, necnon Curie Generalis in Monte Citorio, & in Acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Curforibus nostris, ut moris est publicentur, illarum exempla ibidem affixa relinquuntur, & sic publicatæ omnes, & singulos, quos concernunt, perinde afficiant, ac si unicuique illorum personaliter notificatæ, & intimatæ fuissent.

§.2. Utque ipsarum, præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quæ eisdem præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XII. Februarii MDCCIII. Pontificatus nostri Anno Tertio.

XLVII

Confirmatur separatio 12. Cœnobiorum a Provincia Germaniæ, & unio eorumdem Provinciarum Hungariæ FF. Prædicatorum.

Dat. 21. Mar. 1703. An. 3.

Ab Alex. VII. proposita fuit divisio Provinciarum Const. ed. 1666 Junii 9. Inn. XII. Const. ed. 1695, Jun. 14, P. 4. eritæ fere duæ Provincie in Congregationes. Et Bened. XIII. Const. ed. 1724, Jul. 15, P. 1. subjiciantur Penitentiaris S. M. Majoris de Urbe Priori S. Mariæ super Minervam.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

LIAS pro parte dilectorum filiorum Prioris Provincialis, & Fratrum Provincie Germaniæ Ordinis Prædicatorum Nobis exposito, quod licet per quosdam fel. rec. Alexandri PP. VII. Prædecessoris Nostri literas ad instantiam dictæ Provincie die nona Junii 1666. emanatas, ipsius Provincie divisio sub censuris Ecclesiasticis prohibita reperiretur, nihilominus dilectus etiam filius Antoninus Cloche Magister Generalis dicti Ordinis eandem Provinciam, ipsi Exponentibus insensis, divisisset, duodecim videlicet illius Conventus in Austria, Tyrol, & Styria constitentes ab ea separaverat, illosque Provincie Hungariæ Ordinis prædicti incorporaverat, Priore Provinciali (ut asserbant) minus canonice, & contra electionis per Constitutiones ejusdem Ordinis præcepta libertatem prædictæ, ac ordinariæ Prioris Provincialis primordiale Provincie

Præd. divisio, olim ab Alex. VIII. vetita, facta fuit a Magistro Generali, & relictis reclamantium precibus etiam approbata a Congreg. Epif. & Reg.

XLVIII

Revocantur Conventualitates perpetuæ a Prioribus Generalibus Ord. S. Joan. Dei concessæ.

Dat. 10. Maji 1703. An. 3.

Inn. XII. Const. ed. 1693, Maji 20, P. 2. donati fuerit dd. Fratres exemptione a Processionibus. Et Bened. XIII. Const. ed. 1727, Jan. 10, P. 3. abolerentur eorum privilegia personalia.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUM sicut dilectus filius modernus Prior, five Superior Generalis Ordinis Fratrum Sancti Joannis Dei Nobis exponi fecit, nonnulli Fratres dicti Ordinis Conventualitates perpetuas in particularibus ejusdem Ordinis Conventibus consecuti fuerint, quorum undecim ab hujus Sanctæ Sedis Nunciis, duo a Congregatione infra scriptorum Cardinalium, & reliquis octo a diversis Prioribus, five Superioribus Generalibus dicti Ordinis illas obtinuerunt; Conventualitates vero huiusmodi in ministeriis Hospitalibus præstandi præjudicium vergant, & voto obedientiæ, cujus suave jugum dicti Fratres portare detrectant, directe adversentur, ideoque Diffinitorium generale Ordinis prædicti ordinaverit, & Nobis preces pro obtinenda dictarum Conventualitatum abolitione, & revocatione porrigerentur; Nobis propterea dictus Prior, & Superior Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Tres species Conventualitatum, & rationes eas revocandi.

Preces Superioris Generalis & Diffinitorii.

§.1. Nos igitur ipsius Prioris, five Superioris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, attentis narratis prædictas Conventualitates perpetuas a memoratis Prioribus, five Superioribus generalibus dumtaxat concessas, auctoritate Apostolica tenore præsentium revocamus, & abolemus.

Revocatio Conventualitatum a Prioribus dumtaxat concessarum.

§.2. Decernentes eadem præsentibus Literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula.

§.3. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non Ordinis, & Conventuum prædictorum, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmacione

vinciæ in dictos Conventus potestate suspensa, ac propterea dicti Exponentes denegatam a dicto Antonino Magistro Generali licentiam, ut duo fratres dictæ eorum Provincie ad illius causam huiusmodi coram ipso Antonino Magistro Generali, vel coram Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium proposita dicendam, & tractandam, ad hanc aliam Urbem nostram venire possent a Nobis concedi summopere desiderabant: Nos supplicem libellum eorum nomine Nobis ea super re porrectum ad dictam Congregationem Cardinalium remisimus. Ipsa vero Cardinalium Congregatio audito desuper dilecto pariter filio moderno Procuratore Generali dicti Ordinis, censuit separationem præfatam rejectis dictorum Exponentium precibus, a Nobis approbari posse. Quare Nos dicti Antonini Magistri Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati de memoratorum Cardinalium consilio, separationem dictorum Conventuum a prædicta Provincia Germaniæ ab ipso Antonino Magistro Generali factam (ut præfertur) auctoritate Apostolica approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus, salva tamen semper in præmissis auctoritate dictæ Congregationis Cardinalium.

Preces Magistri Gen.

Confirmatio & separatio

Clausula.

§.1. Decernentes eadem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respectu inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.2. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Provincialium, & Ordinis huiusmodi, etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter exprellis, ac ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XXI. Martii MDCCIII. Pontificatus nostri anno Tertio.

tione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes; illis alias in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

S.4. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die X. Maji MDCCIII. Pontificatus nostri anno Tertio.

XLIX.

Confirmantur quædam Statuta Congregationis Reformatæ Ord. S. Antonii Viennæ.

Dur. 12. Maji 1703. An.

Ab Inn. XI. Const. ed. 1678, Feb. 25, P. 2 concessa sui Indulgentia in festis S. Antonii, Augustini, Monica.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Militantis Ecclesiæ Regimini per abundantiam Divinæ bonitatis, nullo licet meritum Nostrorum suffragio præpositi illa, quæ pro felici prosperoque Religiosorum Ordinum in Ecclesia Dei pie, sancteque institutorum, ac uberes bonorum operum fructus, aspirante superni favoris auxilio proferre jugiter satagentium gubernio, & progressu provide sapienterque constituta, & ordinata esse noscuntur, ut firma semper, atque inviolata persistant, Apostolici muniminis præsidio libenter constabilimus.

Causa inquisitionum Statutorum Capituli Generalis Mensis Septembris an. 1702.

S.1. Exponi liquidem Nobis nuper fecit dilectus Filius Petrus Lovat Procurator Generalis Ordinis Sancti Antonii Viennæ, sub Regula Sancti Augustini Canonicorum Regularium tam suo, quam etiam dilectorum filiorum Joannis Danghor Abbatis Superioris Generalis, & Diffinitorum dicti Ordinis nominibus, quod Capitulum Generale ejusdem Ordinis, quod novissime, videlicet mense Septembri proxime præterito apud illius Monasterium Abbatiale celebratum fuit, enixe desiderans occurrere malis, quæ Congregatio reformatæ Ordinis hujusmodi perpessa est, pro felici dictæ Congregationis regimine, & directione, ac germano ejusdem Statutorum sensu, ut inde omnis in posterum controversiæ materies abscederet, sanctisque Altissimi obsequium in ea exhiberetur, edidit nonnulla Decreta tenoris, qui sequitur, videlicet =

Statuta.

Cum Constitutionum Congregationis nostræ Reformatæ circa Jurisdictionem Capituli Generalis, Abbatialem potestatem, & facultates Diffinitorii, expositiones variæ multis jam ab annis dissidiis semipariarum fuerint, ut quæstiones in po-

sterum omnes, & controversiæ materies penitus abscondatur, possitque debitum Deo obsequium nostro in Ordine concordibus animis sanctius exhiberi; Capitulum Generale pro summa, & omnimoda qua pollet auctoritate hac sua, & semper observanda sanctione super prædictis statuit, pronuntiat, & definit, ut sequitur.

I. Cum Ordinis nostri omnimoda, & suprema Jurisdictio sit penes Capitulum Generale, si illius Decreta Reverendissimus Abbas, dato publico Rescripto, damnare palam, & rescindere, atque eadem etiam exequenda esse auctoritate propria demandare præsumperit, nec desiterit reverenter admonitus, Ordinemque hac de causâ conturbaverit Reversus ab Institutis Congregationis nostræ reformatæ, reus ipso facto censetur, & a Capitulo Generali, vel proxime futuro, vel confestim, si rei pravitatis, & necessitas Ordinis id postulent per Diffinitores, contradicentes etiam Reverendissimo Abbate extra tempus convocando, de plano, & sine strepitu Judicii præmissorum convictus deponi possit; salvis tamen legitimis appellationibus, sine quarum præjudicio Decreta hujusmodi, donec aliter sancitum fuerit, servabuntur.

De firmitate Decretorum Capituli Gen.

II. Ne dissidiis, atque litibus extra Religionem transmissis Congregatio nostra reformatæ turbetur; Capitulum Generale vult, statuit, & præcipit quod gravi aliqua dissensione inter Superiorem Generalem, ac Diffinitores omnes, aut eorum majorem numerum exorta super causis quibuscumque omnino dubiis, atque alias per Constitutionem Ordinis, sive per Capitulum Generalium Decreta nunquam declaratis, Diffinitorium, aut major pars illius Priorem, Clausuralem, Visitatore utrumque, aut alterum ex ipsis, si tamen intra tres dietas adfint Superiores Domorum nostrarum Camberii, Lugduni, Viennæ, Pontis in Royanis, & Sancti Marcellini, ac Magistrum Novitiorum Abbatia Decreto peculiari apud Monasterium Sancti Antonii ad præstitutam diem convocare teneantur, ut cum Reverendissimo Abbate, ac Diffinitoribus sub excommunicationis poena, nisi legitime impediti fuerint, simul conveniant, & quod a majori præsentium parte; absentes enim expectare non debent, constitutum fuerit utque ad Generale Capitulum proxime subsequens omnino servabitur.

De modo diffiniendi controversias inter Superiorem Gen., & Diffinitores, vel Promotorem Ordinis.

Si vero inter Reverendissimum Abbatem, & Diffinitores concordia nec sic firmari possit, ad Sedem Apostolicam causa deferatur, quæ si urgens, ac gravis adeo sit, ut dilationem pati non valeat, a Reverendissimo Abbate, & Diffinitoribus simul, vel si quis eorum renuat ab aliis omnibus convocatum extra asuetum tempus Capitulum rite celebrabitur, & discordiæ modum imponet.

Si autem, quod absit, Reverendissimus Abbas gravissimi alicujus excessus, depositionis poena juxta Constitutiones nostras puniendi a Promotore Generali Ordinis reus ageretur, Inquisitio, seu informatio ad Diffinitorium auctoritate ipsi delegata Præsidente, qui inter Diffinitores ordine primus erit; Judicium vero ad Capitulum Generale citra asuetum tempus per Diffinitores, si ita eis videbitur, etiam convocandum, pertinebit.

Demum

Demum, si inter Superiorem Generalem, ac Diffinitores causa oboriatur hujusmodi, quæ extra Religionem agitari necessario debeat, Diffinitores ex seipsis alterum, seu ex fratribus alios quosdam mittere extra Monasterium, ac etiam Procuratores suos constituere valebunt, atque expensæ ex Aerario communi desumentur.

De Actis Capituli Generalis subscribendis, atque firmandis.

III. Acta Capituli Generalis cujusque, juxta approbatum Congregationis nostræ usum in Aula Capitulari promulgata ante illius absolutionem Reverendissimi Abbatis, aut ejus Vicarii, & Secretarii Chirographis, atque etiam ejusdem Capituli Generalis sigillo firmabuntur; quod si Præses subscribere abnuat facta denegati ab ipso Chirographi mentione, vocales Capituli septem dignitate potiores, aut certe consequentes alii, si ex primis aliquis id etiam recuset confessus Generalis nomine subscribant, Patentibus autem, & obediencialibus Literis, Præses, aut ejus obventis loco, qui officio primus erit cum Secretario Syntrophum apponet; transumpta vero, seu extracta Secretarii solius Chirographo munientur.

De auctoritate Diffinitorii in Capitulo Interstitiis.

IV. Statutis Congregationis nostræ reformatæ, ac illius receptissimæ praxi inherentes Generalis consensus Patres decernunt Diffinitorium in Capitulum Interstitiis Generalis Capituli vires gerere, ac proinde verbum illud de consilio pagina 227. appositum in Statutis omnino significare consensum, quem sapit ex vi verborum tam antecessentium, quam consequentium; unde consilium illud Diffinitorum plene decisivum esse pronuntiant, itaut in omnibus Diffinitorii actibus exercentibus Abbas Superior Generalis Diffinitores omnes, qui ultra dietam non absunt, neque sunt legitime impediti vocare, omnium, aut duorum saltem ex ipsis, si alii absint, votum exquirere, & majoris numeri expectare, ac sequi suffragia, & assensum teneatur, sub poena nullitatis eorum omnium, quæ secus agendo præscripta, & sancita fuerint.

De munitibus ex actibus propriis Diffinitorii.

V. Inter actus Diffinitorii proprios, qui ad Religionis nostræ administrationem potissime pertinent, quoque ideo Superior Generalis non nisi de consilio, & assensu Diffinitorum expedire, ac terminare potest, Capitulum Generale recuset, videlicet electiones omnes, quæ a Diffinitorio per secreta suffragia celebrandæ occurrunt.

De munitibus ex actibus propriis Diffinitorii.

Superiorum, & aliorum Commissiones, Postulantium ad habitum, & Novitiorum ad emittenda vota admissionem; Religiosorum de Domo in Dommum justa ex causa translationis; erectiones novarum Domorum, & Novitiatuum Aerarii Communis administrationem, & custodiam; fulminationem Excommunicationis sollemnem; poenarum gravissimarum, scilicet depositionis, suspensionis, incarcerationis, vocis activæ, & passivæ privationis, & aliarum importantium infamiam, ac juris ordinem requirentium, impositionem, ac demum actus illos omnes, qui sive in Libro Constitutionum, sive per Capitulum Generalium decreta Diffinitorio reservantur.

De regimine Ordinis, & cujuslibet domus particularis.

VI. Cum ea omnia, quæ ad Religionis, aut cujuslibet Domus particularis gubernationem,

præsertim in rebus gravioribus spectant, Abbas Superior Generalis ex vi Statutorum terminare, ac definire non possit, nisi de consilio decisivo, ac consensu Diffinitorum; idcirco nominationes Procuratorum Domus particularis cujuslibet Abbatialis, S. Antonii Monasterio excepto, cujus Procurator a Conventuali Capitulo approbari debet, & institui, & destitui; Seminariorum Institutiones, ac designationes Lectorum, utpote difficiles, & arduæ, ac Religionis totius administrationem, & commodum in re gravissima attingentes a Reverendissimo quidem Abbate, sed Diffinitorum tantum, aut duorum ex ipsis consilio, & assensu fieri debebunt, & terminari.

De loco, atque frequenti convocazione Diffinitorii.

VII. Apud Monasterium S. Antonii Diffinitorium residet perpetuo, ac ne res Ordinis, ac Domorum ipsius præ nimia cunctatione damnum, aliquid patiantur, hebdomadis singulis Diffinitorium semel saltem convocabitur a Reverendissimo Abbate, aut ejus Generali Vicario die, & hora, quibus ipsis magis videbitur expedire; & toties quoties propter urgent negotiorum aliquid Diffinitores convocacionem hujusmodi exquirerint; quod si Reverendissimus Abbas five Vicarius ipsius per hebdomadas singulas Diffinitorium vocare negligant, aut requisiti recuset, Sabbato qualibet hora quarta pomeridiana in loco ad id constituto absque interpellatione alia; dies enim, & hora interpellant, ab illo, qui inter Diffinitores ordine primus aderit, habebitur, & quæ in illo decreta fuerint omnino dabuntur effectui.

De Secretario Diffinitorii.

VIII. Diffinitorii Secretarius, qui inter Diffinitores semper assumetur, designatus a Reverendissimo in Congregatione Diffinitorii, post cujusque Capituli Generalis celebrationem, prima, & a Collegis admittis Consultationes, ac deliberata scribet in libro, seu in Registro, quod custodire semper, neque illud inconsulto Diffinitorio dimittere, ac generali Capitulo pro tempore exhibere tenebitur. Sigillum vero sive majus, sive minus apud Diffinitorem alterum pari modo selectum, & approbatum similiter custodietur.

De actis Diffinitorii factis.

IX. Acta Diffinitorii scribantur in Registro tam a Præsede Diffinitorii, quam a duobus Diffinitoribus, quorum alter ipse Secretarius erit; Commissiones vero, Patentis Literæ, & facultates, quæ mittuntur in Dommos a Præsede, & Secretario tantum; transumpta autem, sive extracta Secretarii solius Chirographo firmabuntur.

De Vicario Gen., autique Vicariis.

X. Abbas Superior Generalis aliquem ex Fratribus nostris ætate, moribus, scientia, & rerum usu probatum in Vicarium Generalem, sibi constituet, qui ejus absentis, aut impediti vicem in Diffinitorio, seu Capitulo Generali obire possit, quique idcirco in Monasterio Abbatiali semper residere debeat, Patentis literas cum clausulis restrictivis, quantum ad actus Diffinitorii, Superior Generalis ipsi tribuere non possit: quod si Vicarium Generalem Reverendissimus Abbas creare differat, Vicarii ipsius partes, & munus Prior ipse Clausuralis tam in Capitulo Generali, quam in Diffinitorio, ubi opus erit, interim supplebit.

Ceterum Vicariis omnibus in Dommibus